



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Pavli Diaconi De Gestis Romanorvm Liber Dvodecimvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

THEODOSIVS.



NNO AB urbe condita M. C. XXXVIII. Theodo-
 sius genitus patre Theodosio, matre Thermatia,
 XLI imperator, interfecto per Maximū Gratiano,
 imperiū Romani orbis obtinuit solus, māsīq; in eo
 annis XI. cū iam in oriētis partibus VI annis Gra-
 tiano uiuente regnasset. Ita q; iustis causis ad bellum
 ciuile permotus: cum ē duobus Augustis fratribus,
 unius interfecti ultionē, alterius restitutionē procu-
 raret, sese aduersum Maximū tyrannū sola fide ma-
 ior (nā longe minor uniuersi apparatus bellici cōparatione) proripuit. Aquileiā
 tūc Maximus infederat: Andragatius comes eius, summā belli administrabat.
 Qui cū largissimis militū copijs, astuto cōsilio, omnes Alpiū & fluminū aditus
 cōmunisset: dum nauali expeditione incautū hostē praeuenire parat & obrueret:
 sponte insuper eadē quae obstruxerat, claustra deseruit. Ita Theodosius nemi-
 ne sentiente alpes intrauit: atq; Aquileiā improuisus adueniēs, magnū hostem
 Maximū ac trucē, & ab immanissimis quoq; Germanorū gentibus tributa ac
 dispendia solo terrore nominis exigentē, sine controuersia clausit, cepit, occidit.
 Hanc Maximi perditionē beatus Martinus ante praedixit. Valentinianus rece-
 pto Italiae potitus imperio est. Andragati⁹ comes, cognita Maximini nece, pra-
 cipitē sese ē nauī in undas dedit, ac suffocatus est. Theodosius incruentā uicto-
 riā deo procurante suscepit. Victore quoq; Maximi filiū, quem imperatorē pa-
 ter Gallis infantili aetate reliquerat, extinxit. Valentinianus iunior, cum in Gal-
 lias transisset: ibiq; tranquille Remp. ageret, apud Viennā dolo Arbogastis co-
 mitis sui strangulatus: atq; ut uoluntariā sibi consciuisse mortē putaret, laqueo
 suspensus est. Quo extincto, Arbogastes tyrannū creauit Eugenū, eligēs hoīem,
 cui titulū imperatoris imponeret, ipse acturus imperiū. Vir Barbarus, animo,
 cōsilio, manu, audacia, potētiaq; nimius cōtraxit undiq; innumeras, inuictasq;
 copias, uel Romanorū praesidijs, uel auxilijs Barbarorū: alijs potestate, alijs co-
 gnatione subnixus. Deniq; extabat genere Frācus, cultorq; sordidissimus Ido-
 lorū. Igitur Eugenius atq; Arbogastes cū instructa acie Alpiū trāsitus tenerēt:
 Theodosi⁹ expers cibi ac somni, orationi incūbens, totā noctē peruigil exegit:
 cū tamen se esse destitutū à suis sciret, ab hostibus circūseptum nesciret: fiducia-
 liter arma corripiens, signūq; crucis signū praelio dedit: ac se in bellū, etiā si nemo
 sequeretur, uictor futurus immisit. Nam consultus Ioānes Anachoreta, eum ui-
 ctorem spopoderat. Quem cū Arbitio hostilium partiū comes, ignarū circūpo-
 sitis excepisset insidijs: cōuersus mox ad reuerentiā Augusti, eum nō solum peri-
 culo liberauit, uerū etiam auxilio instruxit. Cūq; ad congressionē uentū esset,
 uehemens turbo uentorū à parte Theodosij in ora hostiū ruit, qui ab eius par-
 te spicula

te spicula missa, ualēter hosti infingeret, & hostili manu missa repelleret. Nec mora parua suorū data strage, uictori se Theodosio hostilis exercitus prostrauit. Eugenius captus, atq; interfectus est. Arbogastes sua se manu percussit, præmiserat nāq; prius Theodosius x millia armatorū Gotthorū, quæ ab Arbogaste comite funditus deleta sunt, quos utiq; Theodosio perdidisse, magis lucrū q̄ detrimētum fuit. Ad cuius laudem, ob insignem uictoriam Poëta quidam eximius, sed infidelis inter cætera hos uersiculos cecinit,

„ O nimium dilecte deo, tibi militat æther:

„ Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

Huic ferunt somnio nomen parentes monitos sacrauisse: quod in latinū, à deo datum potest intelligi. De hoc etiā oraculo in Asia diuulgatū est: eum Valenti successurū, cuius nomē θ. & o. atq; d. literis initiaret. Qua cognitione principij deceptus Theodorus: cum sibi imperiū debere præsumeret, scelestæ cupidinis supplicia persoluit. Fuit autē Theodosius propagator Reip. atq; defensor eximius, moribus & corpore Traiano similis, quantū scripta ueterū & picturæ docent: à quo & originē traxit. Sic eminens status, mēbra eadem, par cæsaries, os simile, absq; eo quod illi aliquantulū uellendo, steriles genæ: neq; tamē ingentes oculi erant: nescio an tanta gratia, tantusq; flos in facie, seu tanta dignitas in incessu fuisset. Mens uero prorsus similis: adeo, ut nihil dici queat, quod non ex libris eius in istum uideatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se à cæteris putans. In omnes honorificus: uerum effusus in bonos: simplicia ingenia æque diligere, erudita mirari sed innoxia: largiri magno animo magna: amare ciues uel priuato contubernio cognitos, eosq; honoribus, pecunia, beneficijs cæteris munerari, præsertim quorū erga se uelut patrē aspero casu, officia cōprobasset. Illa tamen, quibus Traianus aspersus est, uinolentiā scilicet, & cupidinē triumphandi, usq; adeo detestabatur, ut bella nō mouerit, sed inuenerit, phibueritq; lege ministeria lasciuia, psaltriasq; comestationibus adhiberi: tantū pudori tribuens & cōtinentiæ, ut cōsobrinarū nuptias tanq; sororū uetuerit. Literis mediocriter doctus, sagax planè, multūq; diligēs ad noscenda gesta maiorū. Execrabatur cū legisset superbiā dominantū, præcipue pfidos & ingratos. Irasci sanè rebus indignis, sed subito flecti: unde quoq; dilatiōe modica emolliebat̄ interdū seuera præcepta: habuitq; à natura munere, quod Augustus à philosophiæ doctore. Qui cū uidisset eū facile cōmoueri: ne asperū aliquid statueret, monuit, ut ubi irasci cœpisset, IIII atq; XX Græcas literas memoria recenseret: ut illa cōcitatio, quæ momēti est aliò traducta, parū tēporis interiectu languesceret. Melior haud dubie, quod est rara uirtutis, post auctam annis potentiā regalē, auri, argentiq; pondera sublata à tyrānis, multis ex suo restituit. Inerat ei cura pietatis eximix. Colere patruū tanq; genitorē: fratris mortuū, sororisq; liberos habere p suis. Cognatos, affinesq; parētis animo cōplecti. Elegās, latūq; cōuiuū dare, nec tamē sumptuosum. miscere colloquia pro psonis, studio, dignitatib⁹, sermone cū grauitate iucūdo: blandus pater, cōcors maritus. Exercebat̄ neq; ad illecebras, neq; ad lassitudinē: ambulationib⁹ cum esset

cū esset ociū animū reficiens. Regebat ualeudinē cōtinentia uescendi. Huius & apud homines māfuetudo, & quāta extiterit apud deū deuotio, hoc uno monstratur exēplo. Nam cū apud Mediolanū mislarū fruiturus solēnijs, ecclesiam uellet intrare: cumq; beatus Ambrosius pro quodā facinore, nisi publice pœniteret, non admissurū se diceret: & prohibitionē humiliter pertulit, & satisfactio- nem nō erubescens, indictum ab episcopo pœnitētiā modum deuotus excepit. Huic sociata in cōiugio Flacilla fuit, ex qua Arcadium & Honorīū genuit: qua defuncta, Gallam Valentiniani maioris & Iustinæ filiam, Valentiniani quoq; iunioris sororem in matrimoniū duxit, quæ ei Placidiam peperit: cui postea de matris nomine Gallæ cognomentū accessit. Itaq; L Theodosius annum agēs ætatis, in pace apud Mediolanū rebus excessit humanis: utranq; Remp. utrisq; filijs, Arcadio & Honorio quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Constantinopolim translatum atque sepultum est.

PAVLI DIACONI DE

GESTIS ROMANORVM

LIBER DECIMVS

TERTIVS.

ARCADIVS ET HONORIVS.



ANNO AB VRBE CONDITA M. C. XLIX. Arcadius Augustus in oriēte factus, Honorius frater eius in occidente XLII loco, cōmune imperium diuersis tantū sedibus tenere cœperunt. Quorū pater curam uiris potentissimis mandauerat habere: id est Rufino orientalis aulae, Stiliconi occidentalis imperij. Vixitq; Arcadius post patris excessum annis XII. imperijq; summā Theodosio filio paruo admodum moriens tradidit. Interea Gildo comes Africae, cognita Theodosij morte, arbitratus minimā in paruulis spem fore, Africā iuri proprio cœpit usurpare. Huius frater Mascelzer germani perfidiā perhorrescens, in Italiā redijt. Gildo duos ei⁹ filios, quos pater reliquerat, dolo circūuentos occidit. Ad hunc iā hostē bello insequēdū, Mascelzer frater missus est. Mascelzer iam à Theodosio sciens, quantū uiribus desperatissimis oratio hominis p fidē CHRISTI clementiā dei impetraret, Caprariā insulā adijt. Inde secū sanctos uiros ad ducēs, cū quibus orationibus ac ieiunijs dies aliquot cōtinuauit & noctes. Ante triduū quoq; quā hosti cōtiguus fieret, cernit, noctu beatū Ambrosiū paulo ante defunctū, quando uictoriā caperet, diem sibi indicantē & locū: ac tertio de mū die, post noctē orationibus, hymnisq; peruigilē, cum v solūmodo millibus aduersus LXXX millia hostiū pergēs, eos dei nutu sine bello in deditiōē accepit. Quo uiso auxiliarij Gildonis Barbari ilico terga dedere. Gildo & ipse fugā arripiens, ascensa nauī, cū in Africā redijisset, post aliquot dies strangulatus interijt. Sanē